Quelle: http://manuscripta.at/?ID=445
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



268

aut de spiritualibus consequente eos
petra. Petra autem erat xpus. Sed non
in pluribus eorum beneplacitum est deo.
Nam prostrati sunt in deserto. Hec
autem in figura facta sunt nostri: ut non
simus concupiscentes malorum sicut
et illi concupierunt. Neque idolatre ef
ficiamini. sicut quidam ex ipsis: que
admodum scriptum est. Sedit populus
manducare et bibere: et surrexerunt lu
dere. Neque fornicemur sicut quidam ex
ipsis fornicati sunt: et ceciderunt in uno
die. xxiii. et milia. Neque temptemus
xpm sicut quidam eorum temptauerunt:
et a serpentibus perierunt. Neque mur
muraueritis sicut quidam eorum murmu
rauerunt: et perierunt ab exterminato
re. Hec autem omnia in figura continge
bant illis. Scripta sunt autem ad cor
reptionem nostram: in quos fines seculorum
deuenerunt. Itaque qui se existimat sta
re: videat ne cadat. Temptatio uos
non apprehendat. nisi humana. fide
lis autem deus est qui non patietur uos tem
pari supra id quod potestis: sed facet cum
temptatione etiam prouentum. ut possi
tis sustinere. Propter quod karissimi mei. fu
gite ab idolorum cultura. Vt prudentibus
loquor: uos ipsi iudicate quod dico.
Calix benedictionis cui benedicimus.
nonne communicatio sanguinis xpi est.
et panis quem frangimus nonne partici
patio dominici est. Quoniam unus panis et
unum corpus multi sumus omnes qui de
uno pane et de uno calice participamus.
Videte israel secundum carnem. Nonne qui e
dunt hostias participes sunt altaris.
Quid ergo dico. Quod idolis immola
tum sit aliquid: aut quod idolum sit
aliquid. Sed que immolant gentes:
demonis immolant. et non deo. Nolo au
tem uos socios fieri demoniorum: quia
non potestis calice domini bibere. et calice
demoniorum. Non potestis mense do
mini participes esse. et mense demoniorum.
An emulamur dominum. Numquid for
tiores illo sumus. Omnia licent:
sed non omnia expediunt. Omnia li
cent: sed non omnia edificant. Ne
mo quod suum est querat. sed quod alterius.
Omne quod in macello uenit manducate
nichil interrogantes propter conscientiam.
Domini enim est terra et plenitudo eius. Si quis
autem uos infidelium uocat ad cenam: et
uultis ire: omne quod uobis apponitur
manducate: nichil interrogantes propter
conscientiam. Si quis autem dixerit. hoc im
molatum est idolis: nolite manducare
propter illum qui indicauit. et propter
conscientiam. Conscientiam autem dico non
tuam sed alterius. Vt quid enim libertas
mea iudicatur ab aliena conscientia.
Si ego cum gratia participo: quod blas
phemor pro eo quod gratias ago. Siue
ergo manducatis siue bibitis siue aliud
quid facitis omnia in gloriam dei facite.
Sine offensione estote iudeis et
gentibus et ecclesie dei: sicut et ego omnia
omnibus placeo: non quirens quod mihi utile
est. sed quod multis. ut salui fiant.
Imitatores mei estote. sicut et ego xpi.
Laudo autem uos fires. quod omnia mei memores
estis: et sicut tradidi uobis precepta
mea teneris. Volo autem uos scire quod
omnis uiri caput xps est. caput autem
mulieris uir. caput uero xpi deus. Omnis
uir orans aut prophetans uelato ca
pite. deturpat caput suum. Omnis
autem mulier orans aut prophetans non
uelato capite. deturpat caput suum.
Vnum enim et id ipsum est. Nam si
non uelatur mulier: tondeatur. Si